Gnosos Thomam Mokrski et Annam de Morawice Coniuges suisque eorum successores praefatis Gnosis Thomae Zbikowski et Annae Lexinska Coniugibus vel ipsorum posteris, ob non completionem contentorum praefati scripti manualis omnium et singulorum, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quoquidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbito ac pro reliqua principali ex commissis scripti praefati manualis non completa complementia, citati expressi memorata Recognoscentes Gnosi Thomas Mokrski et Anna de Morawice Coniuges suique illorum successores ad instantiam suprascriptionum Gnosorum Thomae Zbikowski et Annae Lexinska Coniugum vel ipsorum posterorum. Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, in scriptioni praesenti satisfacere et omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Et servantur reliqua ligamenta ex prioribus inscriptionibus.

G. Orzechowska Orzechowskiemu Cedit Una cum Oblata Consensus

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus comparens personaliter Gnosa Cathenina Borkowska olim Gnosi Hieronimi de Orzechowce Orzechowski Iudicis Terrae Sanocensis Consors relicta vidua sana mente et corpore existens ab terris districtibus iuribus iurisdictionibus que suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi iurisdictioni quo ad actum modernum attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando,

alq[ue] subij...

atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa in hæreditate Literis Consensus Sacræ Regiæ Maiestatis præfato olim Generoso Orzechowski Iudici Terrestri Sanocensi Marito suo sibiq Recognoscenti per Sacram Regiam Maiestatem ad infrascripta Recognoscenda gratiose collatis et Coram Officio præsenti authentice reproductis quarum tenor verborum sequitur talis. Ioannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolensciæ, Czerniechouiæq nec non Suecorum Gottorum Vandalorumq Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Literis nostris quorum Interest Vniuersis et Singulis consensisse nos Consentireq præsentibus Generoso Hieronimo Orzechowski Iudici Terrestri Sanocensi et Catherinæ Borkowska Coniugibus vt possint de omne et integro Iure suo Aduitalitio Sibi Super bonis villæ Mszana seu Mszaniec in Palatinatu Russiæ et Districtu Trembouliensi consistentibus cedere et Condescendere illudq in personam Generosi Samuelis de Orzechowce Orzechowski filij sui transferre et transportare. Quoquidem Cessio Iurisq præsentis transfusio posteaquam Coram Actis quibuscunq Authenticis Regni facta et recognita fuerit, nos eam ratam et gratam vti eam quæ de Consensu nostro peragetur habituri sumus, Vigore Cuius Cessionis præsentisq Consensus nostri bona præfata memoratus Generosus Samuel Orzechowski cum Omnibus Iuribus Structurisq ædificijs, Agris, pratis, Campis, Nemoribus, pascuis, Agisterijs, Lacubus, Stagnis, piscinis, fluuijs, Molendinis Tabernis, Subditis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, illorumq Censibus, Dationibus, dierumq laboribus Commodis et Emolumentis, in vniuersum omnibus, ex eisdem bonis modo quouis prouenientibus, omnibus et singulis, attinentijs et pertinentijs, antiquitus ad eadem bona spectantibus, tenebit habebit, et possidebit, illisq vti fruetur, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittentes pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris non esse nos præmominatum Donatarium nostrum ab vsu et pausu dictorum bonorum possessione, amoturos, nec amouendorum potestatem cuipiam

factu-

1118

facturos, Sed totum et integrum Ius Advitalitius Ipsi Conservatu-
ros, Iuribus Nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiaeq Catholicae sal-
vis. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas, Sigillo
Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae Die XII Mensis Janu-
arij Anno Dni MDCLXV Regnorum nostrorum Poloniae
XV Sueciae vero XVII Anno. Franciscus Prazmowski Praeposi-
tus Cracovien. Regens Cancellariae Rni Ioannes Casimirus
Rex Locus Sigilli Maioris Cancellariae Regni, Post ingrossatio-
nem vero earundem Literarum Sacrae Regiae Maiestatis Conservus Ori-
ginale supraScriptum Recognti per Officium praesens extractum est.
De omni et integro Iure Suo Advitalitio quod sibi Recognoscen-
ti super bona Sacrae Regiae Maiestatis villas Mszana seu Msza-
niec in Palatinatu Russiae et Districtu Tremboviensi consistens
servit et competit, tum de ipsis ipsis Bonis villae memoratae Msza-
na seu Mszaniec, nec non de Originali Privilegio aliisq quibusuis
Iuribus super supra scripta bona sibi Recognoscenti servientibus,
Summisq quibusuis pecuniarijs in bonis ipsis haerentibus si-
que ex Decretis Commissariorum apparuerint, cum omni praemisso-
rum Iure Dominio proprietate competentiaq et prorogativa quauis
Cumq omnibus et singulis Privilegij Originalis, Iuriumq disposi-
tionum conditionibus, punctis, clausulis, Articulis, ac Nexibus quibus-
uis Summa quoq Bonorum Suprascriptorum villis, fructibus,
proventibus Redditibus, Commodis, Emolumentis, Obventio-
nibus, attinentijsq et pertinentijs quibusuis universis, nihil ex praemissis
sibi se Recognoscenti aut Successoribus alijs reservando seu excipiendo
verum prout ea bona ipse Recognoscens tenuit habuit et possidie-
bat ipsumq concernebant ac ei serviebant. Iam ex nunc et
de facto Gnoso Samueli de Orzechowce Orzechowski mrati olim
Gnosi Hieronimi Orzechowski Iudicis Terrae Sanocensis eum Recogno-
scente procreato filio, accepta ab ipso praemissis plenaria et suffi-
cienti satisfactione cessit et condescendit Omneq et integrum
Ius suum sibi ad praemissa serviens in persona eiusdem filij sui
totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout
transfert transfundit et incorporat per praesentes in quae quidem bona
[illegible] proprietatis de cuiusuis competentia et prorogatiua

praesen

praesentibus condescendo, iam ex nunc et de facto praenominata recognitas supradicto cessionario suo, coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem quemcunque competentem et nobiles duos apprehendendam, quamcunque voluerit officiose accessandam, tenendam, recognitae bona praefata praedictis transfusa cum universis eorum utilitatibus et emolumentis tenendi, habendi et possidendi, illisque pacifice et quiete utifruendi iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi vigore.

Feria sexta post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo. 3/VI 1667

Czechrowski conoges Perillustri et Admodum Rndo Zadomski Canonico Praemyslien. Cedunt.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Praemisliensibus Gnosi Alexander Czechrowski et Catherina Tabaszowska coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero castrensi capitaneali Praemisliensi iurisdictioni quoad actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis quibuscunque omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publiceque ac sponte recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit, quia ipsi, et quidem praefata Gnosa consors cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugatis personali assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, de omni et integro iure suo infrascripto nimirum de summa mille florenorum Polon. sibi recognoscentibus ambobus.